



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 124. Giberti Borromæi Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

bus cumulabatur: ipse vero deinceps Sæc. XVII.
A. C. 1679.
nonnisi pietatis exercitiis intentus, pauperes ægrotos medicinis, egentes vero familias, quas pudor a colligenda palam sipe retraxerat, quotidiano victu sublevabat, Mariæ etiam Henriætæ Angliæ Reginæ post Mariti sui capite plexi necem quotannis sexaginta florenorum millia, totidem Bavarix Duci contra hæreticos pugnanti, plura etiam Venetis Turcico bello implicitis dono transmissit. Egregius etiam eruditorum fautor, ac doctrina, rerumque antiquarum cognitione nulli secundus Bibliothecam longe celeberrimam Romæ extruxit, ac ubique immortalē liberalitatis suæ ac beneficiorum memoriam omnium cordibus inscriptam reliquit. Decessit tandem meritis & annis plenus die nona Novembris, annos natus octoginta duos.

§. CXXIV.

Giberti Borromæi Cardinalis extrema.

Hujus fatum præcesserat Gibertus Borromæus patria Mediolanensis, Old. in add.
in Ciacon.
Eggs Purp.
doct. p. 424.
qui emenso Studiorum curriculo Doctoris honores emeruit ac Præsulari veste indutus, paulo post Ferrariensi Legatione honoratus est, quam etiam ob singularem justitiæ amorem, raramque

E e 5

in

Sæc. XVII. in rebus gerendis solertiam cum ingenti
 A. C. 1679. civium applausu obibat: postea Romam
 reversus, pluribus Patrum cætibus,
 gravissimisque Ecclesiæ negotiis adhi-
 bitus, meritorum suffragio purpuram
 adeptus est, qua dignitate auctus miro
 scientiæ & eruditionis consortio jucu-
 dam duxit vitam tanto Principe di-
 gnam, & Reipublicæ bono maxime
 proficuum; Æmilianam quoque Pro-
 vinciam Legatus integro triennio tam
 prudenter moderabatur. ut præprimis
 Clero ad omnes honestatis leges revo-
 cato, populum solo virtutum suarum
 exemplo, ad pietatis Studium permo-
 veret, facinorosos vero sola dignitatis
 suæ auctoritate, non suppliciorum se-
 veritate coerceret, unde eo Rectore
 nullus capitali pœna affectus erat, cum
 nullus ea dignus reperiretur. Demum
 a Clemente X. hac legatione solutus,
 Romam reversus est, ubi salutis suæ
 negotio, ac literis intendens, tandem
 die decima sexta Januarii anno ætatis
 suæ sexagesimo quarto æternitatis viam
 gloriose ingressus est.

§. CXXV.

*Joannes Franciscus Gondius Cardi-
 nalis mortuus.*

Obiit